autem sine Senatorum, imprimis autem Domini
Praeceptoris consilio, nihil incipere, multo minus — de Ao 1593.
perficere, in hoc sancto negotio, semper mihi pro-
positum habeam, quaeso antequam rem istam aper-
tius aggrediar, me literis moneas, meliusque sugge-
ras consilium. Scripsit mihi autem Copperus, D. Schone-
rum utiliorem mihi praestare posse operam
et etiam velle, quare D. Praeceptor cum illo
hac de re agere poterit, meliusque rem omnem
per tutorem harum perscribere. Ipse equidem
venissem ad vos, ac coram de re ista verbis tum
egissem, sed absentia D. Wonceceri, ut et Pastoris
Texheimensis, quorum vices nunc sustineo, me
retraxit, et spero D. Praeceptorem causam meam
ita acturum et promoturum, ac si ipse praesens
essem, omnino enim mihi ducenda est, et quo
citius eo melius, nec patiar, ut in me quicquam
sit, quod denuo me retrahat, nihil tamen inci-
piam, nisi cum consilio Senatorum, et praeci-
pue tuo, ne videar rem istam sanctam leviter
velle aggredi; spero D. Deus hoc meum institu-
tum probabit, illumque providentia sua id dire-
cturum esse ad nominis sui gloriam, ecclesiae
aedificationem et meum commodum. Ignosces
petitioni, et me tibi habeas semper commen-
datum, meque liberes, quantum in te est, ex hisce
angustiis, quibus coelebs miser, et quolibet premor.
Datum Oppenheimi 10. octobris 1593.

T. dignitatis ad.
Engelhimmel.

Clariss. D. Pareo Hampig S. D. — 246)

Quo fuerit, vir eximie, abs tua humanitate, qua
saepius, unum, ne [illegible] concederetur, vel absentia
diuturnior, ex morbo orta, vel ingentis mensu-
rum acumen, è vestro coetu excludat. Nam
quod natura est negatum, id pietas et zelus
et singularis quidam amor ministerii,

de ſtudiis reſarciet. Alterum, Michaëlem Hoeſheimenſem, virum bonum, et de filio medus et gravibus omnis valde ſollicitum, juvare pro virili digneris, alterutrum ut conſequatur. Neque enim importune Dominis Conſiliariis, beneficium nunc extorquere impiè, ſed ſatis factum ſibi putaret, ſi ſolvendo quo victu filii ſtudiis conſulere queat. Hunc ſi ab humanitate tua impetravero, ingenti me beneficio affectum judicabo. Deniqz diſcipulis reliquis, quos miſi, in paedagogio aut alibi locum eſſe velim, ne in diverſoriis publicis habere cogantur. Humanitatem tuam, cum uxore et familia tota divinae commendo gratiae. Filius mihi erit cura. Neuburgio 3. Maij 1599.

Human. Tuae
deditiſs.
Henr: Hunnius

Clariſs. D. Pareo A. Polany S.

Salutem et veram εὐδαιμονίαν à Domino Jeſu tibi ex animo precor, Reverende et clariſſime D. Paree, amice honorande. Reddidit mihi clariſſimus vir D. Stuckius faſciculum à te miſſum, in quo duae epiſtolae, altera ad D. Grynaeum, altera ad me, altera etiam reſponſionis ad ſcriptum Ambergenſe pars et theſes tuae quadragenales fuerant inclusa. Alteram epiſtolam D. Grynaeo tradidi unà cum exemplari theſium; caetera exemplaria generoſo Dno. ..ſenſchio, uno mihi reſervato unà cum reſponſione ad ſcriptum Ambergenſe. Gratias autem tibi et ipſorum et meo nomine maximas ago et parià officia ſpondeo. Imprimis autem benigniſſimo illi Deo noſtro toto pectore gratias ago, quod eccleſiae ſuae adeò